DEPOZIT R.P.R. SERV. ARHIVELOR STATULUI CLUJ

(115)

Illustrissime Princeps et Domine
domine Nobis Clementissime.

Post fidelium servitiorum nostrorum in gratiam Celsitudinis
humillimam commendationem, Vestra noverit Celsitudo, nos literas
eiusdem Introductorias et Statutorias, pro parte Egregij
Thome Cherenij de Cherna familiaris Celsitudinis vestre
super totali et integra possessione Kuzta-Kamoras vocata
ac totali similiter et integra portione possessionaria in
possessione Zombattelk appellata, in Comitatu Colosiensi
existentibus habitis, quas alias Michaelis Chelegdi prefuissent,
confectas et emanatas, nobisque inter reliquos Nobiles
Receptorum sonantes et directas, summa qua decuit
obedientia et honore recepisse in haec verba.

Christophorus Bathorj de Somlyo Vaiuoda Transsylva-
nie et Siculorum Comes etc. Egregijs Nobilibus Joanni
Balassj Paulo Erato Sambokrethj, Clementi Chordaj
Ambrosio Kamocj Gaspari Kelj, Andree de Chelegd
Gabrieli Deverchenj, Emerico Horwatt Georgio Vasarhelj
Petro Zylahj et Stephano Zakmar Nemethj, Cancella-
rie nostre Maioris scribis de Curia nostra Missis, item
Stephano Hosszutelekj de Bothaza, Joanni et Nicolao
fratrj et Francisco Hosszutelekj de Frata, Joanni Chyroti
de Bogor Blasio Zakmarj de Lygen, Stephano Dobzaj
de Vaida Kamoras, Michaeli Petkj, et Paulo Cherenij de
Mocs, Petro Zentsaki et Sigismundo Nemaj de Nema
Salutem et favorem. Cum Serenissimus Princeps dominus
Stephanus Dei gratia tunc electus Rex Poloniae Magnus
dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae,
Voliniae, Podlachiae, Livoniaeque etc. Princeps Transsylvaniae etc.
Dominus frater noster observandus, dignum et honorificum habens
respectum, fidei integritatis ac fidelium servitiorum

1577 Jan. 30.

I/60.

Egregij Joannis Thornj de Thorna familiaris nostri
qui ipse in primis huic Regno ac demum Maiestati suae ad
omnes suas occasiones, potissimum vero in proximo Bello
suae Maiestatis, cum vero Regnum istud intestinis nonnullorum
huius Regni rebellium et Coniuratorum factionibus laboraret
ac Casparum Bekes, notorium et proscriptum huius dicti Regni
hostem aemulumque suae Maiestatis, ipsis coniuratorum factionibus
atque alijs externis auxilijs Germanicis et furtim ex Hunga-
ricis Militibus adiutum, clam et subdole fraudulenterque
irrumpentem, contra dignitatem suae Maiestatis et quietum huius
Regni Statum, hostilia quaeque molientem, ad Castellum Sancti
Pauli prope fluvium Marusium forti Marte profligavit
cum ceteris fidelibus nostris Maiestatis summa animi sui dex-
teritate, exhibuit et impendit ac in futurum quoque exhi-
biturus et impensurus est, totalem itaque et integram
possessionem Puztakamoras vocatam, et totalem portionem
possessionariam in possessione Zombattelke appellata omnino
In Comitatu Colosiensi existentes habitas quas alias Michaelis
Chehydj possedisse, sed ex eo quod idem Michael Chehydj
immemor fidei et fidelitatis Maiestati suae et huic Regno
debitae, dicto Caspari Bekes, una cum alijs suis Complicibus
adhaerens atque factiones et partes eius totis viribus fovens
cum eodem Casparo Bekes contra Maiestatem suam et publicum
Regni Statum arma sumere veritus non fuisset, ob idque
iuxta fidelium dominorum Regnicolarum iudiciariam delibera-
tionem in Comitijs Generalibus ex edicto suae Maiestatis
ad festum Beati Jacobi apostoli in Anno domini Millesimo
Quingentesimo Septuagesimo quinto praeterito in Civitate
Colosvariensi celebratis facta, nota perpetuae infidelitatis
et amissione omnium bonorum una cum alijs infidelibus

DEPOZIT
ARHIVELOR STATULUI CLUJ

condemnatis, ad ipsum dominum Regem, Consequenterque
collationem suae Maiestatis, vite et legitime devoluti et
redacti esse dinoscuntur, Totum item et omne Jus
Regium, Si quod in eisdem Possessione et Portione
possessionaria qualitercunque existeret aut eadem et idem
suam Maiestatem ex quibuscunque Causis, Viis, Modis et rationibus
concerneret collationem, Simul cum cunctis suis utilitatibus
et pertinentiis quibuslibet terris scilicet arabilibus, cultis et incultis,
agris, pratis, pascuis, Campis, fenetis, Sylvis nemoribus
Montibus, vallibus vineis vinearumque promontoriis, aquis
fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, Molen-
dinis et eorundem locis, Generaliter vero quarum-
libet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus
quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem praescriptam
possessionem et portionem possessionariam ditionemque Jus
Regium in eisdem habitum de Jure et ab antiquo
spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris Metis et
antiquis limitibus existentibus, Memorato Thomae Thorny
ipsiusque heredibus et posteritatibus universis
Vigore aliarum literarum suae Maiestatis donationalium
superinde confectarum, in perpetuum clementer Salvo
Jure alieno in Civitate Alba Julia, Vigesima Secunda
die februarii, Anno domini, Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo Sexto perpetuo dederit donaverit
et contulerit, Velimusque Nos quoque eisdem pro
fructione conveniat, iam post discessum suae Maiestatis
hinc in Regnum Poloniae, Praefatum Thomam Thorny
in dominium earundem Possessionis, ac Portionis
possessionariae dictique Juris Regii in eisdem habiti
mediis vero legitimis facere introduci, Super quo
vobis harum serie committimus et Mandamus firmiter

Quatinus acceptis presentibus simul vel duo vestrum
sub omnibus aliis in talibus observari solitis
ad facies prescriptarum possessionis Pusztakamoras
nec non portionis possessionariae in dicta Zombattelke
habitae vicinis et commetaneis earundem universis
inibi legitime convocatis et presentibus accedere, ibique
introducatis prefatum Thomam Chorny in dominium
earundem totalium et integrarum possessionis et
portionis possessionariae, nec non juris Regii in eisdem
habiti, statuatisque easdem et idem eidem
ipsiusque heredibus et posteritatibus universis
simul cum cunctis earundem utilitatibus et
pertinentiis quibuslibet, titulo ipsis premisse dona-
tionis dicti domini Regis [illegible]
perpetuo possidendum. Si non fuerit contradictum,
contradictores vero si qui fuerint evocetis eosdem
ibidem contra annotatum Thomam Chorny ad
terminum quintum diem, a die contradictionis eorum
computando, in curiam nostram, nostram scilicet in presentiam
rationem contradictionis reddituros efficaciter. Et posthec
vos seriem huiusmodi introductionis et statutionis vestre
cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint
vicinorumque et commetaneorum qui premisse statutioni
intererunt nominibus et cognominibus terminoque
assignato ut fuerit expediens nobis terminum
ad predictum fide vestra mediante rescribere. Modis omnibus
debeatis et teneamini. Secus non facturi. Presentibus
perlectis exhibenti restitutis. Datum in Civitate Bistricie
1577 ian. 25 vigesima quinta die mensis Januarii Anno domini

ARHIVELOR STATULUI CLUJ DEPOZIT

Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Septimo.
Unde nos Iuxta prefati Mandati Celsitudinis vestre
per omnia ut tenemur obedire et Satagen-
tes, tum Statim die vigesima Septima Mensis
Januarij que est dominica proxima post festum
Conversionis Beati Pauli Apostoli, Juxta Continentiam
prescriptarum litterarum Celsitudinis vestre, Introductoriam
et Statutoriam ad facies prescriptarum possessionis
Puszta Kamaras, necnon portionis possessionarie in
dicta possessione Zombattelke, in Comitatu Colosiensi
existentium habitarum, que alias Michaelis Chelegdi
prefuissent; vicinis et Commetaneis earundem
universis, Prudentibus ac Circumspectis
Francisco Chiarttas Judice, ac Jacobo Balog et
Petro Biro civibus in Katona, Gregorij
Agatti, Blasio Soldos, Pauli Zentchali in
Noway, Martino Simon, domine Margarethe
Joannis Teniuathgy, et Emerico fabyan domine
Anne Somogy Joannis Wyd, Consortum, in
Bothaza, item providis Petro Mor Jurato
et Petro Kirillya cum Gregorij Erdely in
Sarmas, necnon Thoma Hertzeg kenezio et
Joanne Dan Jurato, Casparis Trok, Simone
Orbo et Baraba Pap, Benedicti Bornemissza,
item Joanne et Crisostomo fartkas, Joannis
Hommay, Gregoriorum Nobilium Jobbagionibus
in predictis possessionibus commorantibus et vicinis
inibi legitime Convocatis et presentibus accessimus,

Introduximus praefatum Thomam Thorny in
dominium praedictarum totalium et integrarum
possessionis Pazatamoras et portionis possessionariae
in possessione Zombathelk habitae, jurisque regii
in eisdem qualitercumque habiti, statuimusque
easdem et idem eidem ipsiusque haeredibus
et posteritatibus universis, simul cum cunctis
earum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet
quovis nominis vocabulo vocitatis, titulo ipsius
praemissae donationis dicti domini regis domini
nostri Celsitudinis vestrae observandis, [illegible]
perpetuo possidendum, nullo penitus in facie
praedictarum possessionis et portionis possessionariae
coram nobis, tribus tamen integris diebus
juxta regni consuetudinem, continuatim ibi
moram facientibus contradictore apparente, eundem
igitur Thomam Thorny haeredesque et posteritates
suas universas in pacifico dominio dictarum
possessionis et portionis possessionariae jurisque regii
in eisdem habiti relinquimus. Seriem itaque
hujusmodi introductionis et statutionis nostrae
simul cum vicinorum et commetaneorum qui
praemissae statutioni interfuerant, nominibus
et cognominibus [illegible] prout
est moris, praedictae eidem Celsitudini vestrae
fide nostra mediante rescribimus, quam deus altissimus
ad vota sua salvam et prolixam conservet, datum
in praedicta possessione Pazatamoras vicesima die
mensis Januarii hoc est quarto die executionis
praemissarum Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo
Septimo.

Capitulum Celsitudinis vestrae
fidele

Paulus literatus Samborczkÿ
Scriba Maioris Cancellariae
Celsitudinis vestrae de
Curia missus et
Stephanus Hozzutelkÿ
de Borhaza

Ill[ustrissi]mo Principi domino Christophoro Bathory
de Somlyo Waiuodę Transsyluanię
et Siculorum Comiti &c domino
nobis Clementis[simo]